Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammlung von Abschriften - Cod. Donaueschingen 131

Maier, Martin

[S.l.], [1830-1836]

Eccardus <IV., Sangallensis>: Carmen in laude s. Galli

urn:nbn:de:bsz:31-28804

Visual Library

E codice membraneo Sangallenſi. N.° 393. pag: 247.

Ratpertuſ monachuſ. Notkeri quē in Sequentiiſ miramur. condiſcipuluſ. fecit carmen barbaricum. populo in laude ſcī Galli canendū Quod noſ multo impareſ homini. Ut tam dulciſ melodia latine luderet. quam proxime potuimuſ. in latinum tranſtulimuſ.

Nunc incipiendum est mihi magnum gaudium.
Sanctiorem nullum quam sanctum unquam gallum.
Misit filium hibernia. recepit patrem suevia.
Exultemus omnes. laudemus christum pariter.
Sanctos aduocantem. & glorificantem.

Cursu peragunt recto. cum agmine collecto.
Tria tranant maria. celeumant christo gloria.
Columbanus gallus. magnoaldus & theodorus.

Sic in teutonico canitur.

Chiliano socio. post functo sacerdotio.

Gallos peruagantur. francos immorantur.

Renouant luxouium. in christi caulasouilem.

Passi mochae uarias. brunhildis & insidias.

Tristes spernunt franciam. contendunt & in sueuiam.

Castro de turegum. adnauigant tucconum.

Docent fidem gentem. Jouem linquunt ardentem.

Tucconia ingrato, hinc excomunicato.

Vadunt in directum. examen ut collectum.

Querunt aluearia. temptantes loca uaria.

Arbonam per lacum. aduolitant potamicum.

Colligit Uuillimarus. illos christo charus.

Pergit hinc brigantium. grex gentes baptizantium.

Columbanus amplum. hic christo sacrat templum.

Docet paruum clerum. cantare deum uerum.

Latrones & duos . occidunt fratres suos.

Fugit mox italiam . terram procul aliam .

Gallus infirmatur . ab uia retardatur .

Cui mandat motus . quod reſtet Columbanus.

Miſſas numquam celebret . se uiuum quoad sciret.

Repetit febricitans . arbonam chriſtum supplicans.

Egros alleuantem . faciat se ualentem .

Presbiter chriſto charus . dat lectum Uuillimarus. Deserti

Conualescens Gallus . siluarum fit tranairdus . fit mox auidus.

Dux fit Hiltibaldus . occurrit locus commodus.

Clamant damna dæmones . retentant gallum uepres.

Diaconus accurrit . lapsans illum diſtulit .

Gallus forte pſalmum . in ore tenet almum .

Requies hæc est mea . per sæculorum sæcula .

Semper hic habitabo . deum meum inuocabo .

Hiltibalt per care. Iam noli me uetare.

Libet ſic iacere. noli + ſuſtinere. + ſubleuare

Inſtat tandem triduo. uir domini ieiunio.

Conſecrando locum. litabat uota precum.

Fit ambobuſ ardor. procumbit omniſ arbor.

Regnat uiſ flammarum. condenſa per ſiluarum.

Infert urſuſ truncoſ. Igni paſſim aduectoſ.

Panem galluſ beſtiæ. mirandæ dat modeſtia.

Mox ut hunc uorauit. in fugam feſtinauit.

Juſſa ſiluiſ cedere. hic nullum poſt hæc lædere.

Diacon iacebat. ſoporanſ & uidebat.

Qua uirtute galluſ. pollet dei famuluſ.

Hinc de loco dæmoneſ. abegit & ſerpenteſ.

Duciſ ſanat filiam. quam ſatan uexat rabidam.

Exit ore toruuſ. colore tamquam coruuſ.

Offert Pallo dona . pro mente uirgo ſana .

Qua diſperſit ſanctuſ . dedit & pauperibuſ .

Optant illum populuſ . pontificem & cleruſ .

Quiſ ſacrandum proprium . Johannem dat diſcipulum .

Hinc ſuperno numine . in montiſ ſtanſ cacumine .

Spiritum abbatiſ . locandum cum beatiſ .

E conſpectu terroe . angeloſ uidet ferre .

Uotum mox inhibitum . poſt patriſ litat obitum .

Gaudet piſce magno . Paruo ſe capto ſtagno .

Trabem breuiorem . dat prece longiorem .

Pergit hinc ad caſtrum . ob michahelis feſtum .

Egit miſſaſ more . ſpirituſ tonat ab ore .

Egrotat in caſtro . electuſ deo noſtro .

Poſt electum poſt genitum . defungenſ efflat ſpiritum .

Michahel fideliſ . locauit hunc in coeliſ .

Accurrit epiſcopuſ. flenſ ad magiſtri corpuſ.

Caligaſ eiuſ induit. clauduſ & exiluit.

Corpuſ eſt nudatum. ut ſolet ob lauatum.

Reneſ & ſacratoſ. mirantur uulneratoſ.

Capſam clauſam pandunt. catenam & oſtendunt.

Cruore perfuſum. horrebant & cylicium

Clamant ô felicem. ſuimet carnificem.

Equiſ hinc indomitiſ. grauatum corpuſ martyriſ.

Præſul imponebat. in freneſ & laxabat.

Currunt in directum. ad cellæ patriſ tectum.

Sequitur cum clero. Johanneſ atque populo.

Kyrieleiſon clamant. & defletum tumulant.

Johanneſ noli flere. magiſtrum crede uiuere.

Viuit inquam galluſ. beatior iam nulluſ.

Viuit per miracula. danſ ſcutum ad obſtacula.

Judex inter dextroſ. ſeſſuruſ in ſiniſtroſ.

Incremendo examine. Gloria tibi domine.

Abgeſchrieben von einem facſimile, zu S.t Gallen auf die urſchrift gemacht, welches ich an Jacob Grimm nach Göttingen geſendet habe, zu Eppiſhauſen am 7.$^{\text{ten}}$ Julij. 1836. Joseph von Laßberg ~